



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

7 Solus non tollit præsul, quem præstat honorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

impetratis. Quin etiam prafato fratri nostro, filiisque Treverensium ecclesie, illiusque defensoribus hæc in mandatis datus, ut spirituali simul & materiali gladio tandem malignos illos eorumque fautores insequatur, quousque cum integritate possessiones, vel quæcunque res ecclesiasticæ hoc facto, vel quocunque pacto distractæ seu diræptæ sunt, revocentur.

1 ¶ Alexandri] Nicolaus erat episcopus Alex. de qua re notatum est supra, dist. 19. si Romanorum.
2 pars. A fidelitatem etiam iuramento Romanus Pontifex nunquam absolvit, cum aliquis à sua dignitate deponit.

C. III. ¶ Pontificali auctoritate à iuramento fidelitatis nonnullis absolvit.
Vnde Gregorius Papa.

Alia item Romanus Pontifex, Zacharias scilicet, Regem Francorum, non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, quod tantam potestatem erat inutilis, à regno deposuit: & Pipinum Caroli magni Imperatoris patrem in eius locum substituit, omnesque Francigenas à iuramento fidelitatis, quod illi fecerant, absolvit. Quod etiam ex auctoritate frequenti agit sancta ecclesia, cum milites absolvit à vinculo iuramenti: quod factum est his Episcopis, qui Apostolica auctoritate à pontificali gradu deponuntur.

In manuscripto est, ut in vulgatis, Gelasius Papa Anastasio Imperatori. Cuius Gelasius esse non potest. Zacharius enim & Gelasius magis, quorum in hoc capite mentio fit, multo post Gelasium vixerunt. Habetur autem in regesto Gregorii 7. lib. 1. epist. 21. Hieronymo Martini Episcopo scripta, quam refert Ivo. In qua quædam epistola paulo ante mixta ex epistola Gelasii Anastasio Imperatori scripta afferuntur.

C. IV. ¶ Excommunicati vinculo fidelitatis non tenentur obnoxii.
Item Gregorius VII. b. Romana synodo præfidenti dixit.

Non est sanctorum prædecessorum nostrorum statuta tenentes, eos qui excommunicatis fidelitate aut sacramento constructi sunt, Apostolica auctoritate à sacramento absolvimus, & ne eis fidelitatem observent, omnibus modis prohibemus: quousque ipsi ad satisfactionem veniant.

¶ Quousque, &c.] Verba hæc non sunt in codice manuscriptorum Vaticanorum.

C. V. ¶ Antequam reconcilientur fidelitatem excommunicati nullus servare cogitur.
Item Verbanus II. Episcopo Vapicensi.

Prætorum à militibus Hugoni comiti, ne ipsi, quandiu excommunicatus est, serviant, prohibeto e. Qui si sacramenta præstenderint, moneantur s. oportere Deo magis servire, quam hominibus. Fidelitatem enim quam Christiano Principi jurarunt, Deo eiusque sanctis adversarii, eorum præcepta calcanti, nulla cohibentur auctoritate persolvere.

QUÆSTIO VII.

¶ Episcopi synodali verò audientia sacerdotem damnari, in Hispanensi secundo concilio, cui Isidorus interfuit, cap. 6. prohibetur.

C. I. ¶ Sine concilii examinatione Presbyter vel Diaconus non deiciatur.

SEXTA actione comperimus, Fragitanum Cordubensis ecclesie Presbyterum injustè olim à Pontifice suo dejectum, & innocentem exilio condemnatum. Quem turtur ordini suo restituentes, id denuò adversus præsumptionem nostram i. decrevimus, ut juxta præfectorum Patrum synodalem sententiam nullus nostrum sine concilii examine quemlibet Presbyterum vel Diaconum

a Gregor. 7. l. 1. reg. lvo p. 5. ca. ult. b. l. 1. regest. c. Pam. l. 1. c. 10. d. Pam. l. 1. c. 111. e. al. prohibet. f. Ab. l. 1. c. 262. f. al. opinamur.

deicere audeat. Nam multi sunt, qui indiscussos potestate tyrannica, non auctoritate canonica damnant. Et sicut nonnullos gratia favoris sublimant, ita quosdam odio, invidiaque permoti humiliant, & ad levem opinionis auram condemnant, quorum crimen non approbant. Episcopus enim sacerdotibus ac ministris solum honorem dare potest, solus auferre non potest. Si enim hi, qui in seculo à dominis suis honorem libertatis adepti sunt, in servitutis nexum non revolvuntur, nisi publice apud prætoris ac præfidis tribunal in foro fuerint accusati; quanto magis hi, qui divinis altaribus consecrati honore ecclesiastico decorantur? Qui profectò ne ab uno damnari, nec uno judicante poterunt honoris sui privilegiis exui: sed presentati synodali iudicio, quod canon de illis præceperit diffiniri.

1 ¶ Restituentes] Sic est emendatum ex codicibus conciliorum impressis & manuscriptis. Sic enim aperius declaratur illum canonicè à concilio esse restitutum, quam ex lectione Gratiani vulgata, restitutum esse comperimus.

2 ¶ Nostram] Antea legebatur, vestram. In recentioribus autem conciliorum editionibus est, novam. Emendatum est ex antiquioribus editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, & Lucensi regio, quemadmodum & paulo post, nullus nostrum. cum antea esset, nullus vestrum. Modesti enim & religiosi Episcopi sibi etiam metuum. Alia verò quadam sunt ex ipsam codicibus emendata.

C. II. ¶ Causa clericorum Episcopus non nisi cum senioribus ecclesie audiat.

Item Gregorius Ioanni Episcopo Panormitano, lib. 11. epist. 49.

SI b. quid de quocunque clerico ad aures tuas pervenerit, quod te justè possit offendere, facile non credas: nec ad vindictam te res accendat incognita; sed presentibus senioribus ecclesie tue diligenter est veritas perscrutanda: & tunc, si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis.

C. III. ¶ A quo Episcopi Presbyteri vel Diaconi sunt audiendi.

Item ex concilio Carthaginensi 1. primo, c. 11.

SI quis tumidus vel contumeliosus exiterit in majorem natu, vel aliquam causam habuerit, à tribus vicinis Episcopis, si Diaconus 2. est, qui arguitur; si Presbyter, à sex; si Episcopus, à duodecim confacerdotibus audiamur. Univerfi Episcopi dixerunt. Contemptus debet contumaciae & superbiae in omnibus frangi. Causæ e. verò pro personis d. ab his statuto numero audiantur.

1 ¶ Carthaginensi] Sic est emendatum ex vetustis codicibus. Nam in vulgatis erat, Agathensi primo, cum unicus duntaxat Agathense memoretur.


2 ¶ Si Diaconus est] In vulgatis conciliorum editionibus legitur, si Diaconus est, arguatur Presbyter, &c.

C. IV. ¶ De eodem.
Item ex concilio Carthaginensi secundo, cap. 10.

FELIX Episcopus Selemelitanus dixit. Etiam hoc adjecto secundum e. statuta veterum conciliorum, ut si quis Episcopus (quod non optamus f.) in reatum aliquem incurrit, & fuerit ei nimia necessitas, non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, à duodecim Episcopis audiat, & à sex Presbyteris, & à tribus Diaconis, cum proprio suo Episcopo.

1 ¶ Presbyter] Sic legitur in concilio, quod est in codice canonum, c. 12. & grace, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis; & uno alio perantiquo, & concordat cum sequenti capite.

a Suprà, ead. Episcopus. & suprà, distinct. 67. Episcopus. b. dist. 26. si quid. c. al. causa audiat. d. al. personis statuto. e. 3. q. 1. suggesto. Anselm. l. 3. c. 121. Birch. l. 1. cap. 49. lvo p. 6. 262. f. al. opinamur.



In editionibus autem conciliorum Parisiensibus ac Coloniensibus habetur, & a sex Presbyteris, & tribus Diaconis; quemadmodum & in multis Gratiani manuscriptis.

C. V. ¶ De eodem.

Item ex concilio Carthagenensi tertio, c. 7.

SI autem Presbyteri vel Diaconi fuerint accusati, ad iuncto sibi ex vicinis locis proprius Episcopus legitimo numero collegarum, quas ab eodem accusati penent, id est, una secum in Presbyteri nomine: sex, in Diaconi tribus, ipsorum causas discutat, eadem dierum, & dilationum, & a communione remotionum, & discussione personarum, inter accusatores & eos qui accusantur, forma servata, reliquorum autem clericorum in causas etiam solus Episcopus loci agnoscat & finiat.

1 ¶ Nomine] Sic in ceteris codicibus impressis & manuscriptis, praterquam in editione Coloniensi quatuor honorum, in quo habetur, Presbyteri nomine quinque, in Diaconi duobus.

2 pars. Solus autem ad exclusionem altarium Episcoporum, non suorum clericorum dicitur, sine quorum presentia eius sententia erit irrita.

C. VI. ¶ Absq[ue] presentia clericorum nullius causam Episcopus audiat.

Unde in concilio Carthagenensi quarto, c. 23. legitur.

II Episcopus e nullius causam audiat absque presentia suorum clericorum: alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi clericorum presentia confirmetur.

C. VII. ¶ Nisi synodo canonice vocati sacerdotes damnari non possunt.

Item ex concilio Hispanensi secundo, c. 6.

II Episcopus s[ed] sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, aut e[um] solus non potest. Si enim hi qui in sacro a dominis suis honorem libertatis adepti sunt, in servitutis jugum non revocantur, nisi publice apud pratoris ac praesidis tribunal in foro fuerint accusati; quanto magis hi qui divinis altaribus consecrati, honore ecclesiastico decorantur? Qui profecto nec ab uno damnari, nec uno iudicari poterunt honoris sui privilegio exui: sed presentati synodali iudicio, quod canon de illis praeceperit, defini.

QVAESTIO VIII.

Ultima vero quaestione sic statutum est in concilio Neocaesariensi, c. 9. & 10.

C. I. ¶ Presbyter, qui ante ordinationem constitutus se corporaliter lapsus, postea non offerat.

QUI h[ab]et admittit corporale peccatum, & hic postea Presbyter ordinatus est, si confessus fuerit, quod ante ordinationem suam peccaverit, non quidem offerat, maneat autem in aliis officiis propter eius studii utilitatem. Nam cetera peccata censuerunt plurimum etiam ordinatione privari. Quod si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest manifeste convinci, huic ipsi de se potestas est committenda. Similiter & si Diaconus in eodem culpa genere fuerit involutus, sese a ministerio cohibebit.

1 ¶ Propter eius studii utilitatem] Graece est, ὡς τὸ ἄλλο ἀρετὴν ἔχει, id est, propter studium ac diligentiam, quam ceteroquin adhibet.

2 ¶ Privari] Graece legitur, ἢν ἕξωδ' ὅτιον ἀφ' ἡμῶν, id est, manns impositionem dimitti. quemadmodum serē

a Anst. 2. c. 102. Burch. 1. 2. c. 205. P. 0. p. 6. c. 26. b cum proprio Episcopo. c al. discutiant. d al. dierum dilatore. e Burch. 1. 2. c. 144. P. 0. p. 1. c. 214. f Supra, ead. cap. sexta a. stione. & distinct. 67. Episcopus. g al. sexiam non revocantur. h Rabanus lib. parat. c. 1. Poly. 1. 4. tit. 39. Burch. 1. 2. c. 99. P. 0. p. 6. c. 110. Pann. 1. 3. c. 131. Cap. 10. ibid. i Al. tamen.

verit Dionysius cuius versionem ceteri collectores attulerunt, tamēn clausula omisa. Nam haec versio, quam Gratianus attulit, est prisca, quae est in collectione Isidori. Ita ex his verbis dicitur: Ita ex his verbis dicitur: Ita dicitur sententia, atq[ue] auctor gl[os]sa putari.

C. II. ¶ Deservientes ultoribus, si carnis fragilitate deliquerint, Episcopi arbitrio subiacent.

Item ex concilio Hierdensi, c. 7.

HI carnis fragilitate corrueunt, & Domino respectu digne poenitent, ita ut mortificato corpore sancto merito sacrificium Deo offerant, maneat in poenitentia sacrificii, vel veraciter afflictos non diu suspensio, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesie ceterane fragegare ita tamen ut sic officiorum suorum lececeptant, ac possint ad aliora officia ulterius promoveri. Quod si a ratō velut canes ad vomitum reverti stent, & voluti in involutabris luti jacuerint, non holim dignitate officii careant, sed etiam sanctam communione, nisi in eam non percipiant.

C. III. ¶ Ex ministris ecclesie quibusvis, iniquitatem deo centio episcopi.

Item ex concilio Toletano 9. c. 10.

CVI multa super incontinentia ordinis clericorum haecenus emanaverint sententiae pariter, & nullatenus ipsorum reformari quiverit correctio, mortuusque adeo sententiam iudicantium proterere contumacia culpatur, ut non tantum ferretur ultio in actores, sed iterum, verum & in progeniem damnatorum. Ideoque quilibet ab Episcopo u[el]que ad subdiaconum deinceps, qui vel ex ancilla, vel ex ingenua detestando concubio, et honore constituti filios peccaverint, illi quidem ex quibus geniti probabuntur, canonica censura damnentur proles autem aliena & pollutione nata, non solum hereditatem e nunquam accipiet, sed etiam in servitute ejus ecclesie, decusq[ue] sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt, jure perenni manebunt.

C. IV. ¶ Qui constituit se ante ordinationem peccasse, non sacrificet: convictus autem & poenatur.

Item ex concilio Martini Papae, c. 11.

SI quis Presbyter ante ordinationem peccaverit, & post ordinationem confessus fuerit, quod ante peccaverit, non offerat, sed tantum pro religione nomen Presbyteri portet. Si autem non ipse confessus, sed ab alio publice fuerit convictus, nec hoc ipsum habeat, ut nomen Presbyteri portet. Similiter & de Diaconis observandum est, ut si ipsi confessi fuerint, ordinem Subdiaconi accipiant.

C. V. ¶ De man[ibus] sacerdotis, qui ab ecclesia ratur, licite sacramenta sumuntur.

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, c. 7.

SISCITANTIBUS h[ab]et vobis, si a sacerdote, qui sine deprehensus in adulterio, sive de hoc sola fama reportatus est, debeatis communionem suscipere, nec ne? respondemus. Non potest aliquis, quantum unque pollutus sit, sacramenta divina pollueret; quae purgatione cunctarum contagionum existunt: nec potest solus radius per cloacas & latrinas transiens, aliquid eundem contaminationis autrhere. Proinde qualiscunq[ue] sacerdos sit, quae sancta sunt, coquinare non potest. Idcirco ab eo, usquequo iudicio Episcoporum reproberet, communio percipienda est: quoniam mali bona ad

a Dist. 50. h[ab]et qui altaris, Rabanus 1. parat. c. 1. Burch. 1. 2. p. 100. p. 1. c. 27. b 100. p. 6. c. 425. c al. innocentia. d al. soli. e al. hereditatem parentum. f In capit. Martini Bonae. Ex conc. Neocaes. c. 9. & 10. Burch. 1. 2. c. 41. 100. p. 6. c. 149. Pann. 1. 3. c. 110. g al. retineant. h Extra de cohab. cler. & mul. vestra duxit. 100. p. 2. c. 13. Pann. 1. 3. c. 13.

